

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Heinrich Rudolph Redecker

**Heinricus Rudolphus Redeker/ I.U.D. Prof. Publ. & ad hunc actum Ampliss.  
Facult. Iurid. Decanus, Ad Disputationem Inauguralem, Viri Clarissimi Dn.  
Johannis Kleiböker/ In Auditorio Maiori, d. VI. Octobr. solenniter habendam ...  
invitat**

Rostochi[i]: Kilius, 1670

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741208865>

Druck    Freier  Zugang



Tempelschändung

R U für 1670.

Herrn. Rud. Redeker, Pv. /c

Joh. Kleibörke, Rsp

mit Mzr.



37  
HEINRICUS RU-  
DOLPHIUS *Redeker*/

J. U. D. Prof. Publ. & ad hunc  
actum Ampliss. Facult. Jurid.

DE CANUS,

Ad Disputationem Inauguralem,  
*VIRI CLARISSIMI*

DN. JOHANNIS  
*Gleiböker*/

In Auditorio Majori, d. VI. Octobr.  
solenniter habendam,

Magnificum Dn. Rectorem,

Prænobilem utriusq; Reipub. Senatum,  
Venerandum Rev: Ministerii confessum,  
Florentissimam Studiosæ juventutis coronam,

Omnes deniq; Literatos, & Literatorum

Fautores,

debitâ observantiâ & humanitate  
invitat.

ROSTOCHI,

Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. An. 1670.



## I. N. D.



E judicio Principis tractare aut disputare non difficile modo, sed & valde temerarium ac periculosum est. Quid n. vel maius vel sanctius, inter homines, quam dignitas imperantis, qua, si salutariter in bonum publicum sustineatur, divinitas quædam est. Sunt siquidem Imperantes, qui vicem Dei in terris subeunt, Di terrestres, qui, a summo illo numine cæliq; a terra Rectore constituti, civium commodum, securitatem, & salutem, ita sibi propositam habent, ut credant, se præesse quidem hominibus, sed hominum causâ: scilicet ut universa illa multitudine, quæ subinde discors, turbida & inquieta est, legibus & exemplis ad metam publici boni, tanquam ad virtutis templum, ducatur. Hinc Claud: Imperatorem Honorium informat:

Tu civem patremq; geras, tu consule cunctis  
Non tibi: nec tua te moveant, sed publica damna.

Imperantes enim & parentes, arctissimo quodam vinculo constricti, unum corpus constituunt, ubi illi capitis, Hi membrorum instar sunt, nec corpus istud mysticum semet exhibere commode potest, nisi caput ac membra, mutuo amore & uno spiritu, tanquam parte animante, consentiant. Quales itaq; in Republica Principes sunt, & illorum curiales, binamq; plurimum sese ad nutum Domini componunt, tales reliqui solent esse cives, quibus imperant, vel potius exemplo virtutis aut tur-

aut turpitudinis praeunt. Principibus quidem Imperium Di<sup>t</sup>  
dederunt, & subditis obsequi gloriam reliquerunt, attamen  
Illi eò illustrius virtutum splendore eminere debent, quo magis,  
recte faciendo, docent cives recte facere. Cyrus Persarum Mo-  
narcha non tensebat cuiquam Imperium convenire, qui non me-  
lior esset iis quibus imperaret. In purpurā ac candidissimā la-  
nā minima macula longè curatius oculorum aciem perstringit,  
quam si abjecta vestis qualorem tetrum induxerit. Sic Prin-  
cipum facta, quò magis in virtutis vel vitiis laudem aut vituperi-  
um inclinant, eò exactius publice censor & subjacent, & civium a-  
nimos afficiunt, adeo ut sapientiū non sine infami nota in anna-  
les abeant. Omnia enim facta dictaq; Principis, teste Romano-  
rum Sapiente, rumor excipit, & ita in vulgo eliminat, ut vel  
exemplum ejus sequatur lubentius, vel aspernetur audaciūs. Et  
hoc est quod iterum Claudianus tam provide Henerio suo  
inculcat.

Hic te præterea crebro sermone monebo,  
Ut tetotius medio telluris in orbe  
Vivere cognosas, cunctis tua gentibus esse  
Facta palam, nec posse dari regalibus unquam  
Secretum vitiis &c.

Hinc Princeps dicuntur Illusterrimi, quia multis virtutibus opus  
habent, qui in fulgidissima mundi specula constituti, meminisse  
debent, se esse Principes, & factis suis notandis amplissimas Histo-  
riographorum pagellas completuros. Si frugi, uti officium illorum  
requirit, celebrantur aeterna laude: sin minus, nefarii facti  
perpetuum pariter & famosam memoriam nunquam delebunt.  
Palatium Principis splendide ac magnifice extructum, nec ullā  
unquam ruinā aut fracturā quassatum, ipsum Dominum vche-  
mentissime commendat, cum speciosa avis puro nitidoq; gaudeat  
nido, & columba non ad sordidas turres, sed ad candida tecta  
veniat: Palatium autem undeq; ruinosum, scissum, fractum  
aut collisum, quod suis vix ossibus coharet, non minimam sordi-  
tiae

tie i labem Domino inurit, quoniam externa species, scilicet forma-  
ta, hanc modicum decus auctori suo affert. Ita generosus & ex-  
cellens Principis animus, si actiones ad virtutis cynosuram  
composuerit, omnes apud magnam cum veneratione adoratur. Ubi  
autem licentiosius delictorum colluvie semet maculat ac con-  
spurcat, pro laude, vituperium, & pro justa veneratione, con-  
temptum incurrit. Navium Rectores, sive serenum sit, sive turbidum  
caelum, belicem suam intuentur, ne in scopulos inpingant:  
Ita subditorum animos in illos exacte conversos videmus, quos  
coeli favor in sublimi posuit. Si principi, dum frenum malitia laxat,  
id regium esse videtur, si potentia abutatur ad vitium; tunc nihil  
injustum, quod fructuosum; nihil impium, quod sub praetextu  
religionis superstitione colitur; nihil in honestum, quod utile;  
nihil in sidiosum aut fædugum, quod lucrosum. Ipsa plebs  
præuentis Principis exemplum sequens, factum ejus legem esse  
arbitratur, & ita componitur orbis Regis ad exemplum, dum cun-  
cti, Procerum vitam moresque legem esse, sed ex prescripto vive-  
re, arbitrantur. Ipsa gubernandi ratio in tribus vertitur car-  
dinibus: Salute Ecclesiae, Politiae, & ipsius gubernatoris. In  
Ecclesia vera & non simulata pietatis ratio habenda, quia pu-  
rus Dei cultus firmum omnigenae felicitatis exordium est. Salus  
populi suprema lex est, quam si negligit Princeps, crudelis impro-  
pria viscera esse intelligitur, & officii sui immemor Reipubl. si-  
nem invertit. Est squidem Princeps Minister Dei, ad curam  
& salutem hominum, ut que Deus in universum confert, Ille,  
vice Dei, in territorium & subditos sue tutela commissos pru-  
denter disponat. Ipsa persona Principis non minimam sui  
curam requirit, quod enim dignitas ejusdem excellentior, eò magis  
summo studio niti debet, ne infra dignitatis splendorem se sub-  
mittat. Nescio certe quantam, compositus in maiestatem vultus,  
tribuat venerationem, quæ, ex contemptu personæ, famæ & honoris  
diminutionem hanc minimam capit. Ute enim potestas Im-  
perantis à Deo est, ita singulare Dei donum estimatur, si, quæ  
pollet

pollet auctoritate, eandem oris magnificientia ostendat, ita ut ges-  
sus ejus & voces, quae tum auctoritatem, tum benevolentiam  
imperanti conciliant, sapisculè oraculi & rescripti instar sint.  
Adeoq; non raro facies illa maiestate quadam decora, non tantum  
salutio conservande firmum praesidium est, sed & periculi depel-  
lendi saluberrimum remedium, uti de isthac argumento elegan-  
ter dissertat Piccart. in Observ. Polit. Decad. 6. c. 1. Ve-  
rum enim verò licet augusta isthac & decens imperantis facies,  
ad augendam dignitatem ejus ampliandamq; muliū conferat, at  
tamen longè pulchrior est virtus, qua ter mage afficit subditorum,  
vel quorumvis etiam animos, ut habeant quem cum reverentia  
& veneratione singulari intueantur, & cum amore imitantur.  
Hinc Plin. in Paneg. Trajan. Vita Principis censura est, eaque  
perpetua, ad hanc dirigimur, ad hanc convertimur: nec tam  
imperio nobis opus est, quam exemplis. Pretiosam vestem ni-  
mium quantum exornant margarita & lapilli pretiosiores, il-  
lamq; magis fulgidam reddunt, ita Principis personam illustrio-  
rem efficiunt virtutum pretra. Corona enim & alia Princi-  
pum insignia, per se bonorem nullum tribuunt, sed honoris virtute  
parti duntaxat sunt insigne, Senec.lib.1.de benef.c.1.Pius esse  
debet Princeps, quoniam prospera omnia eveniunt colentibus  
Deos, adversa pernientibus Liv.lib.5. nec diu aut prospere do-  
minabitur, qui impietatis squalore semet contaminat. Deorum  
siquidem injuria Diis curæ sunt Tacit.1.annal. & nihil ritè,  
nihilq; providenter homines, sine Deorum immortalium ope,  
consilio, honore ausplicantur Plin.in Traj. Justus esse debet,  
quia iustitia maximum maiestatis praesidium est, legibus enim  
& armis invicta quondam Romanorum gens, ad superiadam il-  
lam amplitudinem, imperii terminos extendit. Nov. 24. &  
25. in pr. & sublatâ iustitiâ, regnani bil aliud sunt quam, teste  
Augustino, magna latrocinia. Attamen rigor juris, ne in cru-  
delitatem desinat, clementia quadam temperandus est, quoniam  
summum jus, summa sœpè injuria est. Hinc parvis peccatis ve-  
niā,

niam, magnis severitatem commendare; nec pœna semper, sed  
sapientia pœnitentia contentum esse, ex officio Principis putat Tac-  
tit. lib. 2. annal. modo nihil sit venale, aut ambitionis peruum.  
Temperans esse debet, tum respectu subditorum, quoniam  
isti lubentissime, & summa quadam cum aviditate, Principum  
facta perscrutari solent, ut eadem imitantur: tum respectu  
sui, quia in temperantia vires debilitat, & ad facta fortia inuti-  
les reddit, in fortitudine autem magnum Reipub. robur reposi-  
tum est. Nec à fide & constantia discedat generosus Princi-  
pis animus, qui a perfidiosum ac nefarium est, datam fidem frangere,  
proin detestabile potius & antiquum, quam amplecten-  
dum: fides regnandi gratia violanda est: alii rebus pietate  
temolas. Ha sunt præcipue virtutes, que maximè officium  
Principis exornant, adeoq; Digna vox est, ex sententiâ Impp. The-  
od. & Valent. majestate regnantis, legibus alligatum se Princi-  
pem profiteri. Si tamen Potestatem Principis penitus intuea-  
mur, privatorum non est, de ejus facto ac judicio procaciùs di-  
sputare, sive agatur de administratione ecclesiastica, sive de civili,  
nisi lex quadam fundamentalis rumpatur, vide Grot.de J. Pac.  
& Bell. l.i. c. 3. cum isthae disputatio ad seditionem facere possit:  
Hinc Valentinianus Imperator militibus duriora postulantibus:  
Ut me ad imperandum vobis eligeretis, in vestra situm erat  
potestate, o milites: at postquam me elegistis, quod  
petitis, in meo est arbitrio, non vestro. Vobis tanquam  
subditis competit parere, mihi quæ facienda sunt cogitare.  
Optime Tacitus: Quomodo sterilitatem & imbres nimios  
& coetera naturæ mala, ita luxum vel avaritiam dominan-  
tium tolerate. Vitia erunt donec homines. Licitum  
quidem est tractare de potestate Principis, quæ, qualis & quanta  
illa sit, hac enim ad notitiam politicam apprimè faciunt. Imo  
turbulentum obtrectatorē, nisi exemplo noteat, aut ad panam ex-  
quiri debeat, generosus Principis animus contemnit l. un. C.  
si quis Imper. maled. Facta tamen Principis, & judicia non  
debent

debent malitiosè in dubium vocari, hoc enim ab ausu seditioso  
vix alienum, quare Optimi Imperatores id sacrilegii instar repu-  
tarunt l. 3. C. de Crim. Sacril.

Hanc legem Vir Clarissimus *DN. JOHANNES Kleiböker* / Juris Canditatus eximus, Cognatus meus dilectus, loco disputationis inauguralis, commentandam suscepit: quid a. in isto studio præstiterit, non meo equidem indiget encomio, cū ipsemet se lectori commendet. Prout enim in jure privato, pariter ac publico, solide addiscendo, indecessam adhibuit, per longum ferè tempus, industriam, ita tandem laborum exantlatorum expectat præmium, seu summos, quos jure meruit, in Jurisprudentiâ honores. Natus autem is est Anno 1642. in Oppido Vöerden / Diœcesis Osnabrugensis, Patre, ut reliquos majores claritudine nominis & famæ honestissimos præteream, Viro spectatissimo *DN. MEINHARDO Kleiböker* / Senatore, & Mercatore ejusdem oppidi integerrimo, Matre autem *ANGELA Hafen* / feminâ Virtutum laude conspicuâ. Qui Optimi parentes, cum, ex primâ hujus Canditati nostri ætate, intelligerent, adesse ingenium, si cultura debita accedat, studiis aptum, nullum thesaurum pretiosiorum, nullumq; patrimonium stabilius, filio suo relinquere posse, crediderunt, quām ingenuam educationem. Proinde nihil, quod ad eum, bonis literis solidè informandum, pertinere arbitrati sunt, intermisserunt: quin potius omnibus viribus id egerunt, ut illum limandum poliendumve fidelibus Præceptoribus committerent, sine illorum n. præsidio & adminiculo frustra quem ad solidam humanioris literaturæ cognitionem, vel aspirare vel pervenire posse, sibi persuasissimum habuerunt. Quæ itaq; domi præstare, si maximè voluisserent, non potuerunt, ex Scholâ Senatoriâ Osnaburgensem, quæ illo tempore clarissimis viris maximè florebat, sperabant. Quapropter restitutâ, post tricen-

nale

nale bellum, quod Westphalicas terras nimium quantum  
devastarat, pace, illum disciplinæ Scholasticæ submiserunt.  
Cum autem successu temporis eos, in literis humaniorib⁹,  
progressus fecisset, ut dignus judicaretur, qui summā cum  
fiducia in scholas regias iret: non tantum Parentum suo-  
rum arbitrio, sed & *Viri Clarissimi*. *Dn. M. TOBIÆ KUGEL-  
MANNI*, *Schola Osnaburgensis Rectoris dignissimi*, *Præceptoris  
sui fideliſſimi*, amici nostri singulariter colendi, suasu, A. 1661. in  
hanc nostram Academiā se contulit; & studii legalis cursum  
felicissimè incepit. Non n. nostro duntaxat usus est Musarū  
Hospitio, sed nostris etiā studiis imbui, ut tandem bonis pos-  
sit abundare præceptis, oppidò desideravit. Illo enim bona-  
rum literarum viatico instructus ad nos venit, ut posset sese  
vasto illijuris oceano tutò committere, plenisq; in illo velis  
navigare. Præterquam enim quod meā assidue us⁹ est infor-  
matione, Ampl. & Excellentissimos in jure Professores, *Dn. D.  
Rbanum, p. m.* *Dn. D. Lemkenium*, *Dn. D. Laurenbergium*, b. m.  
*Dn. D. Woldenbergium*, & *Dn. D. Radovium*, Prof. P. Collegas &  
Amicos meos singulariter honorandos, tūm publicē, tūm priva-  
tum, jura dextre interpretātes, maximā cū industriā audivit,  
nec audivit tantum illos, sed & in publicis disputationibus  
sedulus fuit disceptator. Et sub meo Præsidio, Examen juris  
secundū, laudabiliter defendendum sustinuit. Postquam  
itaq; legitimæ scientiæ studiū felicissime decurrit, secundo  
vento in portum delatus est, quoniā in examine Juris, sic sa-  
tis rigoroso, se cū laude exhibuit: proinde splendidos in jure  
titulos nō tam videtur ambire, quam diu meruisse: Dispu-  
tationem itaq; hanc Inauguralem, quam satis doctè conscri-  
psit, in majorem legitimæ scientiæ fidem, publico examini  
submittere constituit. Ad quem actum solem, Ego, ut eō  
augustior reddatur, omnes Literatos & Literarum Fautores  
eā, quā decet, observantia & humanitate invito.

*PP.Rostoch. sub sigill. Fac. Jur. die 25. Sept. Anno M.DC.LXX.*



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn741208865/phys\\_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741208865/phys_0011)

DFG




Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn741208865/phys\\_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741208865/phys_0012)

DFG

pollet auctoritate, eandem oris magnitudo  
 sus ejus & voces, qua cum auctoritate  
 imperanti conciliant, sapiscula ora  
 Adeoq; non raro facies illa maiestate  
 salutis conservande firmum presidium  
 lendi saluberrimum remedium, uti a  
 ter dissertat Piccart. in Observ. P  
 rum enim verò licet augusta istibac  
 ad augendam dignitatem ejus amplius  
 tamen longè pulchrior est virtus, qua te  
 vel quorumvis etiam animos, ut habet  
 & veneratione singulari intueaniur,  
 Hinc Plin. in Paneg. Trajan. Vita  
 perpetua, adhanc dirigimur, adhanc  
 imperio nobis opus est, quam exemplum  
 quantum exornant margarita  
 lamq; magis fulgidam reddunt, ita  
 rem efficiunt virtutum preitia. Co  
 pum insignia, per se bonorem nullum  
 parti duntaxat sunt insigne, Senec. l  
 debet Princeps, quoniam prospera  
 Deos, adversa serpentibus Liv. lib.  
 minabitur, qui impietatis squalore  
 squidem injuria Diis curæ sunt Tac  
 nibilq; providenter homines, sine  
 consilio, honore aufficantur Plin. in  
 quia justitia maximum maiestatis p  
 & armis invicta quondam Roman  
 lam amplitudinem, imperii termino  
 25. in pr. & sublatâ justitiâ, regn  
 Augustino, magna latrocinia. Ad  
 delitatem desinat, clementia quæda  
 sumnum jus, summa /œpè injuria



the scale towards document

dat, ita ut ge  
 nevolentiam  
 ipti instar sint.  
 na, non tantum  
 periculi depel  
 mento elegans  
 S. c. i. Ve  
 reverantis facies,  
 iū conferat, at  
 t subditorum,  
 um reverentia  
 ore imitentur.  
 nsum est, eage  
 ur: nec tam  
 iam vestem ni  
 etiosores, il  
 sonam illustrio  
 & alia Princi  
 honoris virtute  
 s.c.i.Pius esse  
 iunt colentibus  
 ut prosperè do  
 nat. Deorum  
 & nihil ritè,  
 mortalium ope  
 tus esse debet,  
 legibus enim  
 & superad am il  
 Nov. 24. &  
 sunt quam, teste  
 iuris, ne in cru  
 us est, quoniam  
 rvis peccatis ve  
 niam,